Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quia auditum uanum amisimus. Manus nre excaliqua passione debilitate sint. si interiores paratas habemus aduersus inimici tentationes. Infirmitas totum corpus nrm tenet. si interiori hominis nostro sanitas crescit. DE TRIBVLATIONE IVSTORVM. XXX

IVSTVS IN ADVERSIS PROBARI SE RECOGNOSCIT.

non deici. Viri sancti plus formidant prospera quam aduersa. qa dei seruos prospera deicunt. aduersa uero erudiunt. Ideoq; sancti uiri inconstantia ita portare debent aduersa. ut frangi nequeant. Tunc magis sunt di oculi sup iustos. quando eos affligi abinquis prudentia supna permittit. Iam tunc eis gaudia disponuntur eterna. quando presenti tribulatione probantur: Omis uite hui tribulationes aquis comparantur pretereuntib; propterea. quia si quid inhac uita tribulationis accidit. non stat si celeriter transit. Qui uite future premia diligenter excogitat. mala omnia uite presentis equanimiter portat. quoniam excellentis dulcedine huius amaritudinem tempat. et eternitate illius breuitatem huius despicit transitoriam. quia dum indolore grauant. cupiditatis & luxurie. uitiorum; ceterorum mala n appetunt. Plus enim scimus prodesse salutis temptationem seculi quam prosperitatem. Iam exprosperitate in deterius ruit: extemptationis dolore proficitur inmelius. Vnus quisq; adtemptationem animum prepare debet. Minus enim dum speratur temptatio gianat. dure autem premit. si non sperata aduenerit. Sapiens est omnia omnia aduersa ante meditari. nec uenire casus debet. quem non consilia eius preueniant. Hec causa est. quod abinustis iusti sinuntur affligi. ut scilicet dum futura audiunt bona que cupiunt. patiantur etiam mala presentia que perhorrescunt. atq; adfaciliorem exitum dum amor prouocat. cruciatus appellit. Dauid psalmista ait: Tu es michi refrigerium apressura que circumdedit me. exultatio mea. redime me acircumdantibus me. Ecce innocte quasi pressuram nominat. & tamen liberatorem suum in angustias exultationem uocat. foris quidem nox erat incircumdatione pressure. si intus carmina resonabant. deconsolatione leticie. Sic tus quisq; dum circumdari se pressuris narrat. & tamen deum sibi exultationem nominat. procul dubio quasi innocte canat. ut ad subsequentis uite diem felix perueniat. Dixit quidam senex. Si uenerit homini temptatio. undiq; multiplicantur tribulationes. ut pusillanimis fiat. & murmurat. tu tamen si te occupauerit in